



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illo qui cum matrem habuit vxorem, cum filiastra fornicatus fuerit. ix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D.BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

ne vescitur, à potu omni quo inepti potest se continet. Et si biberit potum, minimè carne vescatur, absque præpūis festis diebus. De armis verò vel osculo, & sacrificio modum teneat iam dictum. Inde usque ad obitum sūm, nisi prædictis festis diebus à carne abstineat: tres ferias legitimas in omni hebdomada, & tres quadragesimas in anno legitimè custodiat. De armis verò ut supradictum est, & nunquam aliquando coniugio copuletur. Hac eadem penitentia imponenda est patricidis, vel fraticidis, & consanguineis, nec non & qui sponte per fraudem, & auctoritatem, hominem innoxium occidit, quod mortidū voca-

*De illo qui cum matrem habuerit vxorem, cum filiastra fornicatus fuerit. Cap. IX.*

*Ex eodem  
cap. 2.*

**S**i quis viduam uxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus concubuerit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio fornicata fuerit, tales copulationes anathematizari & desuungi, præcimus, nec unquam amplius coniugio copulari, sed sub magna distictione fieri.

*De eadem re. Caput X.*

*Ex cœcil.  
apud Ver  
cap. 10.*

**S**i quis cum filiastra sua fornicatus fuerit, nec matrem apud Verum, nec filiam potest habere: nec illa, nec ille alii se posse meriunt coniungere vñlo unquam tempore. Attamen vir eius, si ita voluerit, & si se continere non potest, si postea quoniam cognouit quod cum filia sua vir eius fuit in adulterio, carnale coemertium cum eo non habuit, si vult alij nubere potest.

*De illo qui cum nouerca fornicatus est. Cap. XI.*

*Ex eodem  
cap. 21.*

**S**i quis cum nouerca sua dormierit, neuter possunt scilicet coniugium peruenire: sed vir eius potest si vult alii accipere, si se continere non potest. Similiter qui cum filiastra sua, vel cum sorore viroris suæ dormierit, stare potest.

*De illo qui cum filiastra, ignorante matre fornicatus est. Caput XII.*

*Ex eodem  
cap. 4.*

**S**i quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat virum: illæ verò si voluerint accipient maritos. Si autem hoc fecerint ipsæ sc̄minæ, absq; maritis in perpetuum manent.